

www.e-rara.ch

Thesaurus concionum sacrarum omnigenarum

Gross, Johann Georg

Basileae, Anno 1617

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-57590>

Ex Epist. Paul. ad Rom.S

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Quod verò secundum attinet Christi adventum, ad iudicium scilicet vivorum & mortuorum, incertum quidem est nobis tempus illius; interim ex multis Scripturae locis patet, illum non longè abesse. *Matth. 24. v. 37, 38. Luc. 21. 2 Pet. 3. v. 3. &c.*

Hæc est genuina responsio huius & insignis confessionis Martine sententia.

Unde hoc præcipuè discimus: Non satis esse, quod corde credimus, sed etiam ore confitendam esse fidem, & quidem non tantum privatim, sed etiam publice, nec solum inter nostros, sed etiam inter inimicos, si postulet necessitas, adeo ut vitam potius perdamus, quam Christum abnegemus. *Rom. 10. v. 9, 10. Matth. 10. v. 32, 33.*

Imò requiritur quoque, ut opere ipso, i. e. vitæ innocentia & sanctitate Christum confiteamur. *Tit. cap. 1. v. 16.*

His accedit testimonium & confessio Martyrum. *Apoc. 6. v. 9.*



EX EPIST. PAULI AD ROM.

CONCIO I.

Rom. 5. v. 5.

Nun wir denn sind gerecht worden / auß dem glauben, so haben wir Frieden gegen Gott durch unsre Herren Jesum Christum.



INTER alias causas salutis, quas Paulus enumerat *Rom. 8. v. 29, 30.* non est minima Justificatio nostri coram Deo, quia nemo injustus

A servari potest. *Deut. 27. 26.* Huius tanti beneficii fructus recēset Apostolus hoc ipso capite, annexâ comparatione Christi, tanquam auctoris justitiæ æternæ, cum Adamo, velut auctore injustitiæ & peccati.

Enumerat autem quatuor effecta seu fructus justificationis, nempe pacem seu tranquillitatem conscientia; liberum accessum ad Deum: spem æternæ gloria; consolationem denique & patientiam in adversis.

Nunc tantum agemus de primo, pace scilicet conscientia, qui fructus primo versu prælecto traditur, hocque syllogismo explicatur:

C Si iustificati sumus ex fide, tum certè pacem habemus erga Deum, per Dominum nostrum Jesum Christum. Consequentia patet ex contrario: qui enim iustificati non sunt, super eos est ira Dei. *Joh. 3. vers. 36. Eph. 2. 3.*

Atqui verum est, nos iustificatos esse ex fide. Ergo.

Quid est justificatio?

Justificatio, est beneficium, quo Deus nos, propter Christum in gratiam receptos, pro iustis habet. *Eph. 1. v. 6, 7.*

D Eaquæ duabus partibus constat, Remissione peccatorum & Imputatione justitiæ Christi.

Remissio peccatorum est, dum Deus peccata non imputat, sed & culpam & pœnam peccatorum nobis condonat, ut liberi simus à condemnatione mortis æternæ. *Psal. 32. Rom. 4. vers. 7.*

E Imputatio justitiæ Christi, est, cum Deus justitiam Christi nobis donat, seu nobis adscribit, ac si à nobis ipsis præstita esset, propterea quod illam Christus, ut ipsonos, pro nobis, seu debitoribus, præstitit, ut per illam habeamus jus hæreditatis vitæ æternæ. *Rom. 4. v. 6 & 11.*

Cur dicimur ex fide justificari?

Quia fides in Christum viva & efficax per charitatem, est unica illa manus, quâ justitiam Christi apprehendimus, accipimus & nobis applicamus. *Gal. 2. v. 16. Rom. 3. 28.*

Exinde nunc sequitur, verû quodque esse istud, pacem scilicet nos habere erga Deum, per Dominum nostrum Jesum Christum.

Quidnam est hac pax erga Deum? Est tranquillitas seu spiritualis securitas conscientiae, quâ homo Dei non amplius sibi timet ob damnationem, sed gloriatur in Domino sibi reconciliato, quem prius peccatis offenderat. *Luc. 2. 14.*

Minimè verò intelligitur hoc loco securitas carnalis: *Luc. 12. v. 19, 20.* sed spiritualis & sancta. *Matth. 9. vers. 2.*

Per quémnam, seu cuius merito pacem habemus? Per Dominum nostrum Jesum Christum. *Joh. 14. 27. 2 Cor. 5. 19. Gen. 3. 15. Luc. 23. 34.*

Conf. 1. Ergo neminem electorum confundat peccatorum conscientia. *1 Joh. 2. v. 1, 2. Rom. 8. v. 33, 34.*

2. Qui pacem apud mundum habere nō potest, sed ejusdem potiùs odio expositus est; contentus sit pace, quam habet apud Deum. *Rom. 8. 30, 31, 32.*

~~~~~

## CONCIO II.

*Rom. 5. v. 2.*

**E**XPLICATUS est primus justificationis fructus: pax scilicet cum Deo: sequitur nunc secundus & tertius, nempe liber ad Deum accessus: & spes æternæ gloriæ.

Durch welchen wir auch den zutritt erlangt haben durch den glauben / in diser gnad / darinnen wir stehen / und rñmen uns / vnder der heßnung der herligkeit Gottes.

**A** Quod attinet liberum accessum ad gratiam illam, per quam stamus, tria observanda sunt: 1. Quid per hunc accessum intelligatur: 2. Quæ sit ejus causa efficiens principalis; 3. Quod instrumentum.

### DE I.

Quid per hunc accessum ad gratiam, per quam stamus, intelligitur?

**B** Intelligitur partim cōmunio cum Deo: *Joh. 14. 23. 1 Joh. 1. 3.* partim fiducia invocandi Deum. *Ephes. 3. vers. 12.*

Obs. 1. Ista *μετοικνωσις* præsupponit antegressam *ἀποστασιν* seu defectionem à Deo. *Gen. 3. vers. 8. Psalm. 14. v. 3.*

2. Accedimus ad gratiam, h. e. ad Deum, in Christo gratiosum, nec amplius iratum nobis. *Rom. 5. 20, 21.*

3. Ita autem ad gratiam accedimus, ut postea per eandem stemus, h. e. permaneamus in gratuito Dei favore, sine defectione. *1 Cor. 16. v. 13. Esa. 46. 4.*

### DE II.

Quæ est ejus causa efficiens principalis?

**D** Christus efficit, ut Patrem offensum accedere nunc nobis liceat: *1 Per. 3. 18.* quemadmodum rursus Pater efficit, ut ad Christum veniamus, i. e. in ipsum credamus. *Joh. 6. vers. 44.*

Confess. Ergo nos ipsi non potuimus hunc nobis aditum reparare, veluti paralytici, opus habentes qui deducantur ad Medicum. *Matth. 9. 2. Psalm. 143. 10.*

### DE III.

Quidnam hujus accessus instrumentum?

Fides est velut oculus, quo viam videmus, quâ acceditur ad Deum. *Eph. cap. 1. vers. 18. Heb. 11. vers. 6. Jac. 1. v. 6, 7, 8.*



Quæ de secundo justificationis A  
fructu, accessu scil. ad Deum, hæte-  
nus dicta sunt, ea omnia ad conso-  
lationem peccatoris respicientis  
faciunt, quoties is veretur, præ ma-  
gnitudine peccatorum, accedere ad  
gratiam: hunc enim erigere debet  
gratuita justificatio: *Matth. 11. 28. Jer.*  
*29. 11, 12, 13.* Huc faciunt rhythmici in  
Psalmum 130. compositi:

Ist nun bey uns der sünden vil/  
Bey Gott ist mehr der gnaden.  
Sein hand zu helfen hat kein zil/  
Wie schwär wir sind beladen.  
Er ist allein der gute hirt/  
Der Israel erlösen wirt/  
Aus seinen sünden allen.

12. Jun.  
1607.

## CONCIO III.

*Rom. 5. v. 2.*

AUDIVIMUS nuper explica-  
tionem secundi fructus justi-  
ficationis, accessus nimirum ad gra-  
tiam Dei: sequitur nunc tertius, spes  
nimirum gloriæ æternæ, de qua  
dicitur:

Und wir rühmen uns vnder der  
hoffnung der herligkeit Gottes.

Ubi hæc quatuor doctrinæ capi-  
ta observabimus: 1. *Quid sit gloria-*  
*tio ista:* 2. *Quinam gloriari possint:*  
3. *Quando:* 4. *denique, Qua in re glo-*  
*riandum sit.*

DE PRIMO.

*Quid est hac gloriatio?*

Est, cum plene persuasum ha-  
beas, etiam tibi remissa esse pecca-  
ta; indubitatam fovere spem de  
resurrectione carnis tuæ & vitæ  
æternæ.

Excluditur hic, 1. Impius ac pro-  
fanus securitatis & gloriationis af-  
fectus. *Matth. 25. 41.* 2. Vanæ gloriæ  
studium. *1 Cor. 4. 5.*

Econtra asseritur modesta gloria-  
tio, promanans à gratia Dei & cum  
eadem conjuncta. *2 Cor. 12. vers. 9.*

DE SECUNDO.

*Quinam gloriari possunt?*

Justificati soli & redempti, qui pa-  
cem habent erga Deum, & aditum  
ad gratiam. Cæteri sunt contemto-  
res omnium promissionū & com-  
minationum divinarum petulan-  
tissimi. *2 Pet. 3. v. 3. &c.*

DE TERTIO.

*Quando hac gloriatio locum  
habet?*

B Dum adhuc sub spe sumus & to-  
leranter expectamus Dominum.  
*Rom. 8. 23, 24, 25. 1 Theß. 1. 3.*

Errant igitur, qui *obsuperc* fingunt  
experterem spei & metus.

DE QUARTO.

*Qua in re gloriandum?*

In gloria Dei: Per hanc gloriam  
intelligitur revelatio filiorum Dei:  
*Rom. 8. 19. Col. 3. v. 3. 1 Joh. 3. 2.*

C Item libertas eorum gloriofa.  
*Rom. 8. v. 21.*

Dicitur gloria DEI Patris quidem  
illam promittentis: *Tit. 1. 2. JESU*  
*Christi* verò, transformaturi corpora  
nostra humilia, ut conformia fiant  
glorioso corpori ejus: *Phil. 3. 20, 21.*  
*Spiritus S. deniq;*, nos obsignantis.  
*Eph. 4. 30.*

D Confess. I. Cum ergo terrena va-  
na & caduca sunt, cœlestia nobis &  
verè gloriofa quærenda: ac nequa-  
quam in caducis gloriandum. *Jer. 9.*  
*v. 23, 24.*

II. Piorum opprobria, sempiter-  
nâ gloriâ pensabit Dominus. *Matth.*  
*5. v. 11, 12.*

CONCIO IV.

*Rom. 5. v. 3, 4, 5.*

E Nicht allein aber das / son-  
dern wir rühmen uns auch der  
drangsal / dieweil wir wissen/  
das drangsal gedult wircket:  
die gedult aber erfahrung: die  
erfah-

13. Jun.  
1607.



erfahrung aber hoffnung: die hoffnung aber laſſet nicht zuſchanden werden: denn die liebe Gottes iſt ausgegoffen in unſeren herzen durch den H. Geiſt/ welcher uns gegeben iſt.

**Q**UARTUS justificationis fructus eſt ſancta conſolatio & gloriatio in oppreſſionibus. Ubi duo nobis conſideranda: *Propoſitio & Confirmatio.*

DE PROPOSITIONE.

Propoſitio eſt: *Gloriamur in oppreſſionibus.* Amplificationis autē nota eſt vox complexa; non ſolum, ſed etiā: q. d. Antea dixi, nos gloriari in gloria Dei: id quod facile quiſq; credit, quia objectū hujus gloriationis eſt bonum: at verò ampliùs quid dicā, quod rationi abſurdū videtur, nempe nos etiam gloriari in oppreſſionibus, quæ alioqui malæ videntur, ſed non ſunt.

Object. *Atqui Chriſtus conqueſtus eſt de variis oppreſſionibus ſuis: Matth. 26. v. 37, 38. & c. 27. 46. Item alii Sancti: Pſal. 13. v. 1, 2.*

R. 1. *Chriſtus cōqueſtus eſt de magnitudine angoris, non ex infirmo aliquo affectu cum peccato cōjuncto, ſeu non ex impatientia: ſed propter inenarrabiles cruciatus, quos coram judicio Dei noſtrā cauſā ſuſtinuit.* 2. *Sancti ex infirmitate, non autem malitiā, cōqueſti ſunt, nempe propter luſtam carnis & Spiritus, qui ſe tandem per gratiam Spiritus Sancti recolligit. Rom. 8. 26.*

DE CONFIRMATIONE.

In rebus utilibus maximē gloriandum eſt. Atqui oppreſſiones ſunt utiles. Ergo. *Minor* probatur ex fructibus oppreſſionum, quorum alter alterum conſequitur. Suntq; Chriſtianæ virtutes quædam: 1. Eſt pa-

**A** *tiētia.* Ejus cauſa eſt, pr. eſt Spiritus S. cauſa verò procatartica ſunt tribulationes, ſic ſc. à Deo præparatæ, ut ex illis patientia & reliquæ virtutes proveniant: nam non per ſe ex oppreſſionibus naſcitur patientia, ſed quatenus Deus efficit, ut velut è tenebris emergat lux: *Pſalm. 112. verſ. 4.* Porro *Patientia Chriſtiana*, eſt, obedire Deo in adverſis, quæ ipſe ferri mandat, nec frangi dolore, ut contra aliquod mandatum Dei faciamus: item lenire dolorem agnitione voluntatis Dei; retinere ſpem liberationis aut mitigationis dolorum ſecundum conſiliū Dei: fideq; prælucente petere à Deo (ſecundum ipſius voluntatem) vel liberationem, vel mitigationē. *Eſa. 53. 7. 2 Sam. 16. v. 10. Matth. 8. 2.* 2. *Experientia* ſeu exploratio, quæ ex patientia oritur. Hæc exploratio eſt *tum* noſtri ipſorum & infirmitatis noſtræ, *tum* gratioſæ præſentiae & potētiæ Dei: *2 Cor. 12. 9.* Serviunt huic explorationi res adverſæ. 3. *Spes* ab exploratione profecta. *Spes* eſt facultas à Spiritu S. afflata, quā certo & equo animo exſpectamus, donec ſalus inchoata per Chriſtū, & per fidem percepta, in nobis aliquando perficiatur, non equidem ex noſtris meritis, ſed ex Dei miſericordia. *Pſal. 37. verſ. 5. Pſal. 130. v. 7.*

Porro Apoſtolus ſpem partim deſcribit, partim deſcriptionem hujusmodi probat.

1. *Deſcribit ſpem*: dicens, eam non pudeſcere: i. e. id ipſum, quod ſperamus, certò nobis eventurum.

**E** Loquitur autem de ſpe ſalutis æternæ in Deo collocatā, non autem eā, quæ temere confidit in rebus mundanis, vanis atque caducis, ac proinde fallitur.

2. *Hanc deſcriptionem probat, ab evicti nimirū ſenſu charitatis diviſæ,*



quā Deus nos diligit, attestante A  
Spiritu Sancto: *Joh. 3. v. 16. Rom. 8. 15,*  
*16, 17. Eph. 4. 30.*

29. lun.  
1607.

## CONCIO V.

*Rom. 5. v. 6, 7, 8.*

**M**ONUIT in præcedentibus  
Apostolus, Charitatem Dei  
in cordibus nostris effusam esse per Spiritum S. Jam verò docet, undenam B  
sentire & quibus indiciis cognoscere valeamus, Deum Patrem verè  
nos diligere, ex eo nimirum, quòd  
voluit Christum Filium suum dilectum pro nobis mori. *Joh. 15. 13.*

Quod ipsum ut rectè consideremus, quatuor ista observabimus:  
primùm, quis sit mortuus: deinde,  
quando: tertio, pro quibus: quarto denique, quā causā impellente.

## DE PRIMÒ.

Quis mortuus est?

Christus: *Θεωλον* ille: qui dicitur Christus, i.e. Unctus: quia à Patre ordinatus & Spiritu S. unctus est summus Propheta & Doctor, qui nobis arcanum cōsiliū & omnem voluntatem Patris de redemptione nostri patefecit: *Joh. 1. v. 18. Summus item Pontifex*, qui nos unico sacrificio sui corporis redemit; *Heb. 10. 14.* assidueque pro nobis apud Patrem intercedit: *Rom. 8. 34.* & Rex, qui nos suo Verbo & Spiritu gubernat, & partem nobis salutem suetur ac conservat. *Joh. 10. v. 27, 28, 29.*

## DE SECUNDO.

Quando mortuus est?

Suo præfinito tempore. *Gal. 4. 4.*

Nuthef. Quemadmodum olim certo tempore Christus pro nobis mortuus est: ita quoque certo ac præordinato tempore totum salutis nostræ ab ipso partæ complementum nobis continget. *Hab. 2. v. 3.*  
*Heb. 10. 37.*

## DE TERTIO.

Pro quibus mortuus est?

Pro nobis: & quidem, 1. Cum adhuc essemus infirmi. Designantur hic infirmitates animæ potissimum, quæ sunt peccata animum debilitantia.

Has infirmitates, si justificationem spectes, Christus omnino sustulit. *Esa. 53. 4, 5. Psal. 103. 3.*

Si verò continuum sanctificationis exercitiū consideres, tolluntur illæ magis magisque. *2 Cor. 12. 9, 10. Rom. 8. 26.*

2. Cum adhuc impii essemus. Impii hoc loco illi dicuntur, qui naturā quidē tales sunt, sed postea resipiscunt. *Esa. 55. 7. Dan. 9. 6.*

Cæterum Apostolus ad duas objectiones responderet: I. Quid si non C per omnia injusti fuerimus, & nihilominus Christus pro nobis mortuus sit?

R. Vix ac ne vix quidem pro justo quisquā moriatur. *Ps. 143. 2. 1 Pet. 3. 18.*

II. Fortè pro eo quispiam moriatur, qui ipsi utilis esse possit?

R. Hoc fortè concedi posset; sed negatur, nos Christo utiles esse, vel compensare posse, quòd pro nobis mortuus est. *Rom. 11. 35. Matth. 20. 28.*

3. Cum adhuc essemus peccatores: h.e. quum in nobis regnaret peccatum. Peccatores enim hic dicuntur, qui peccandi artificium quoddam exercēt, donec convertantur à Domino. Et si verò adhuc in nobis habiter peccatum, tamen non ampliùs in nobis seu renatis regnat ad mortem. *Rom. 5. 21. 1 Joh. 2. 2.*

Huic non repugnat, quòd Scriptura testatur, Christum pro nobis mortuum esse, tanquam pro ovibus: *Joh. 10.* Item tanquam pro amicis: *Joh. 15. 13.* Naturā enim infirmi, impii & peccatores eramus; sed oves & amici Christi per gratiam nunc sumus.

DE



## DE QUARTO.

*Quâ causâ impellente mortuus  
est Christus?*

Amore Dei erga electos, quem Deus Pater in morte Filii sui testificatus est, & commendavit, h. e. patefecit: *Tir. 3. v. 4.* imò & ipse Filius Dei amorem suum commendavit, sponte sese offerendo pro nobis in mortem. *Gal. 2. 20.*

Charitas Dei erga homines, vel B est universalis vel singularis.

Universalis charitas Dei, est, quâ omnes prorsus res à se conditas complectitur, easq; conservat & sustentat. Etsi enim odio habeat peccatum, amat tamen naturam, quam creavit. *Matth. 5. 45.*

Singularis charitas Dei, est, quâ solos Electos, tanquam Redemptor, peculiariter prosequitur. *Joh. 3. 16.*

Consect. Si tantoperè nos dilexit & adhuc diligit Deus, necesse est nos quoque ipsum diligere supra omnia. *Joh. 14. 23.* Peccant igitur, qui mundana magis curant & diligunt, quàm Deum. *Matth. 24. v. 38. 1 Cor. 7. vers. 29, 30.*

~~~~~

CONCIO VI.

Rom. 5. v. 9.

Duo sunt status hominum servandorum, in hac vita, nempe status peccati & status gratia: Ille quidem est infelix status, in quem omnes homines per tristissimum lapsum inciderunt, & Deo displicent, miseri facti tum animâ, tum corpore, h. e. nati in caligine & ignorantia mentis, perversitate voluntatis, & variis cupiditatib. pravis. Hic verò est status beatus, in quem homo justificatus adducitur ex gratia Dei: *Rom. 5. 1, 2. & 6. 14.*

Hanc felicem hominis conditionem non sine suavissima com-

A paratione exponit hoc loco Paulus, ut sententia sit:

Qui acceperunt majus & superius donum, illi de inferiore dubitare non debent, si nimirum unum eundemque datorem spectes.

Atqui nos fideles majus & superius donum accepimus à Deo, dum nimirum pro nobis, velur pro peccatoribus Christum mori voluit, quemadmodum Apostolus in præcedentibus docuit. Ergo

De donis inferioribus & subordinatis dubitare nō debemus, quale est liberatio ab afflictionib. & conservatio divina in periculis: ut hoc verſu Apostolus docet.

Cæterum tria hîc observabimus, primum, *quânam* sint servandi: deinde, *per quem*: tertio deniq; *à quare*.

DE PRIMO.

Quânam servabuntur?

Nos justificati sanguine ipsius.

Obf. 1. Justificari in sacra Scriptura dicuntur vel illi, qui tanquam justi manifesti fiunt & declarantur hominibus: Sic dicitur Christus *justificatus Spiritu*: *1 Tim. 3. 16.* i. e. divinam illam naturam, quæ in sese est integerrima & perfectissima, ipsamque adeò integritatem & perfectionem hominibus esse patefactam, per divinam illam virtutem, in Christo corporaliter habitantem: *Col. 2. v. 9.* Sic Jacobo dicimur *justificari ex operibus*: *Jac. 2. 21.* Quia is demum verè justus esse deprehenditur, qui justitiam facit exercetque. Vel illi, qui tanquam justi ac integri censentur, absolventur & pronuntiantur coram Deo, ut hoc loco.

E 2. Causa meritoria, seu justitia, ob quâ justi censentur apud Deum, non est in nobis: *Esa. 64. vers. 6.* *Roman. 3. vers. 20.* sed in solo JESU CHRISTO: qui & pro nobis implevit Legē, & pro nobis passus ac

H h H 3

mortuus est: *Rom. 5. 19. Sanguini verò Christi hinc tribuitur justificatio nostri, quia ejus fusio consummatio fuit obedientiae Christi, quā coram Deo justificamur. Hebr. 9. v. 13, 14, 22. 1. Job. 1. 7. 1. Pet. 1. 18, 19.*

DE SECUNDO.

Per quēnam servabimur?

Per eum; scilicet Christum: Nam Deus Pater per Filium nos servat.

Obs. 1. Per Filium nos servat Deus Pater, quatenus ei administrationem Ecclesiae tradidit. Matth. 28. 18, 20. Tit. 3. 6. Job. 1. 4. 5.

2. Per Filium nos servat Pater, dum in nomine ejus, i.e. propter meritum ipsius, nos exaudit, nec in exitio perire sinet. Job. 16. 23. Act. 4. 12.

DE TERTIO.

A quānam re servabimur?

Ab ira: 1. Ira aliquando in sacra Scriptura sumitur pro irati Dei judicio, & irae divinae effectis: h.e. poenis & calamitatibus, quae ab irato Deo peccatoribus irrogantur, seu pro iis effectis, ex quibus iratus esse Deus intelligitur, ut solet Scriptura de Deo loqui. Matth. 3. 7. Luc. 21. 23. Et sic ab ista ira, i.e. à poenis Dei servamur, quatenus Deus paterno animo nos castigat, & iram suam remittit. Psalm. 103. v. 9. Esa. 54. 8.

2. Aliquando sumitur pro ultione & vindicatione, quā Dominus terribiliter iratus, tandem mundum ulciscetur. Ab ista ira penitus servabit nos Dominus. 1. Th. 1. 10. Psalm. 6. 1.

Confess. I. Qui cupimus servari ab ira Dei, ne locum demus irae propriae, sed Dei. Roman. 12. vers. 19, 20, 21. Eph. 4. 26.

II. Qui scimus, nos servatum iri ab ira, gloriemur in afflictionibus & bono simus animo: quia tandem ex illis eripiemur. Mich. 7. v. 7, 8, 9.

CONCIO VII.

Rom. 5. v. 10.

QUEMADMODUM Apostolus versu praecedente, ex justificatione coram Deo collegit, nos quoque servatum iri deinceps ab ira, h.e. ab afflictionibus & exitio: ita ex fructu justificationis, qui est reconciliatio nostri cum Deo, nunc isto versu colligit, nos aeternum servatum iri, aut beatos futuros.

Utitur autem Apostolus syllogismo, cujus partes ordinē considerabimus.

DE MAIORE.

Si Deo reconciliati fuimus per mortem Filii ejus, quum inimici essemus; multo magis reconciliati servabimur per vitam ipsius.

C Ratio. 1. Quia non minor, sed major etiam est *obsequia* & efficacia vitae, quàm mortis Christi. *Roman. 4. v. 25.*

In hoc testimonio tum morti, tum resurrectioni seu vitae Christi adscribitur justificatio nostri: morti quidē, propter meritum; resurrectioni verò, propter vim & efficaciam, per quam justificationis participes simus, h.e. remissionis peccatorum & imputationis justitiae Christi. Nisi enim Christus resurrexisset à mortuis & revixisset, adhuc in peccatis nostris essemus. *1. Cor. 15. 17.*

D 2. Quia non est deterior reconciliatorum conditio, quàm antea fuerit nondum reconciliatorum. *Rom. 5. v. 1, 2.*

DE MINORE,

seu Assumptio.

E Atqui fuimus Deo reconciliati per mortem Filii ejus, quum inimici essemus. Id quod nunc per circumstantias declarabo.

I. Quānam Deo reconciliati sum?

Nos, qui inimici Dei eramus. *Col. 1. 21. Rom. 8. 7.*

Conf.

Conf. 1. Ergo præter nostrum A meritum reconciliati sumus. *Rom. 3. v. 23, 24, 25.*

II. Ergo inimicorum Dei delectus quidam agnoscendus est: quidam enim tales manent: *Gen. 3. v. 15.* quidam non item: ut Paulus ex hoste Dei & Ecclesiæ, factus est amicus. *Act. 9. 4, 5, 6.*

2. Cui reconciliati sumus?

Deo, P. F. & Sp. S. in quem peccaveramus. *2 Cor. 5. 18, 19, 20.*

Conf. Ergo *ἀμεταμέλητος* reconciliati sumus: *Rom. 11. 29.* ideòq; Deo nobis reconciliato verè confidendū; secus, quàm homini incòstanti nobis reconciliato. *1 Sam. 24. 17.*

3. Quo medio?

Per mortem Filii ejus. *Col. 1. v. 20.* Non excluditur antegressa naturæ Christi sanctitas, nec ejus obedientia, quæ est illud jus Legis. *Rom. 8. 4.*

Conf. Ergo respectu nostri reconciliatio ista gratuita est, quæ respectu Christi magno & inæstimabili pretio constituit. *1 Cor. 6. 19, 20.*

V S U S.

1. Ne desperemus ob peccata, irarum nobis Deum fingentes. *1 Joh. 2. v. 1, 2. Rom. 5. 1.*

2. Qui Deo reconciliati fuimus, hominibus quoque suo modo reconciliari studeamus: *Matth. 5. v. 23.* exemplo fratrum Josephi. *Genes. 50. v. 17. & c. 20. Jac. 5. 16.*

DE CONCLUSIONE.

Ergo multò magis reconciliati servabimur per vitam ipsius.

I. Quid hoc loco est servari?

R. 1. Servari aliquando significat justificari & regenerari in hac vita. *Luc 7. 50. Luc. 19. 9. Tit. 3. 5.*

2. Aliquando significat, æterno illo gaudio & ineffabili gloriâ coronari, quæ post hanc vitam donatur. *Esa. 64. 4. 1 Cor. 2. 9. 1 Pet. 1. v. 9. o.* Et quàmvis hæc gloria ineffabilis sit,

aliquo modo tamen describitur *Matth. 5. v. 2 & c. 12. Job. 19. v. 25, 26, 27.* Unde patet, salutem nostram consistere in visione Dei, & communione cum ipso.

Posteriori significatione potissimum sumitur hoc loco ab Apostolo verbum *servari*, ideò dicit, *servabimur*, & non, *servamur*; *1 Joh. 3. 2. Rom. 8. v. 24, 25.*

II. Quæ nam est causa efficiens salutis nostræ?

R. Vita Christi, quæ is mortem devicit gloriosè, tertiâ die à mortuis resurgendo. *Joh. 10. 17, 18.*

Cæterum vita Christi causa est tum salutis æternæ, tum mediorum seu causarum salutem antecedentium; Nam

1. Vita Christi est causa imputationis justitiæ Christi, & remissionis peccatorum. *Rom. 4. 25.*

2. Vitâ suâ vicit hostes nostros, illisque dominatur, ne nobis officiant. *Rom. cap. 14. v. 9. Rom. 8. 34.*

3. Vitâ suâ Christus comparavit nobis vitam spiritualem & novam obedientiâ, in qua nobis vivendum est. *Rom. 6. 4, 10, 11. Col. 3. 3, 4. Gal. 2. 19, 20.*

4. Vitâ suâ, quâ jam vivit post resurrectionem suam, stabilivit nobis donum vitæ æternæ, quâ post resurrectionem nostram vivemus: *Rom. 8. 11. Joh. 14. 5. Joh. 11. 25.*

Conf. I. Ergo nos ipsi non sumus authores salutis nostræ, qui mortui eramus in peccatis. *Eph. 2. 1, 2.*

II. Ergo non extimescenda mors temporalis: quum per vitam Christi à morte æternâ immunes simus. *Phil. 1. vers. 20, 21.*

CONCIO IIX.

Rom. 5. v. 11.

Cùm decuisset Apostolus præcedente versu, nos servatum iri æternum per vitam Christi, animadver-

4. Jul.
1607.

inadvertit, obijci sibi posse; quid vero interea nobis solatio erit, ne percamus, antequam salutem illam futuram consequamur?

Monet igitur, nos interea gloriari debere in Deo, per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem assequuti sumus.

Cæterum duo in hoc versu considerabimus, *propositionem* & *confirmationem*.

DE PRIORI.

Propositio est: *Gloriamur in Deo, per Dominum nostrum Jesum Christum.*

1. Quid significat hoc loco gloriari?

Significat, pie gaudere: *Prov. 17. v. 22. Matth. 5. 12.* De vana autem glorificatione & gaudio *1 Cor. 4. v. 7. & c. 7. v. 30.* agitur.

2. In quo gloriandum nobis?

In Deo potissimum nobis gloriandum est, i.e. Hæc fiducia gaudio plena nobis alenda, Deum scilicet esse nostrum, & nos esse Dei, omniaque bona nos ab ipso & cum ipso habere communia: *Jer. 9. v. 23, 24. 1 Cor. 6. v. 19, 20. Rom. 14. v. 7, 8. Gen. 17. v. 7. Rom. 8. v. 15, 16, 17. Phil. 4. v. 4.*

3. Quis vero author huius gloriationis nostræ?

Dominus noster Jesus Christus.

1 Pet. 3. v. 18.

Obs. 1. Jesus dicitur, quia est Servator noster: *Act. 4. 12. Matth. 1. 21.*

2. Christus vocatur, quia à Deo Patre unctus seu ordinatus est nobis in Prophetam, Sacerdotem & Regem. *Esa. 61. v. 1, 2.*

3. Christus est Dominus noster, non tantum iure creationis, sed etiam redemptionis: *Mal. 1. v. 6. Matth. 7. v. 21.* ideoque nos servi ejus; cui tamen non repugnat illud *Joh. 15. 15.* Christus enim diverso respectu Dominus, Frater, & Amicus noster dicitur.

4. Cum nostrum, omnium scilicet communem, Dominum vocamus, mutuam charitatem, quæ inter nos, tanquam conservos unius Domini, viger, significamus. *Matth. 18. vers. 28. & c. 33.*

DE POSTERIORI.

Confirmatio propositionis est: *Per quem assequuti sumus reconciliationem, per eundem possumus gloriari in Deo.*

Atqui per Dominum nostrum Jesum Christum assequuti sumus seu accepimus reconciliationem. Ergo

Per Dominum nostrum Jesum Christum possumus gloriari in Deo. *Rom. 5. vers. 1, 2.*

Obs. 1. Nos reconciliationem istam accipere à Christo, per manus, seu scripta, Evangelistarum & Apostolorum. *1 Cor. 11. v. 23. & c. 15. v. 3, 4.*

2. Fidem nostram vicissim ex parte nostra esse manum, quæ accipiamus & apprehendamus reconciliationem illam. *Heb. 11. v. 1.*

CONCLUSIO.

Hæc igitur in omnibus tribulationibus solida esto nostra consolatio, quod Dei sumus, & ipse noster, quippe qui reconciliationem assequuti sumus per Christum. *Roman. 8. 31. & c. 39.*

CONCIO IX.

Rom. 5. v. 12.

HACTENUS explicata est prima capitis pars, nempe enumeratio fructuum justificationis salutarium, ut sunt; pax seu tranquillitas conscientiae, liber accessus ad Deum, spes æternæ gloriæ, consolatio denique & patientia in adversis: quæ omnia nituntur, seu fundamento, amore Dei erga nos, in Christo, pro nobis mortuo, ad reconciliandum Patrem cœlestem.

Hoc

Hoc autem verbum incipit pars altera, nempe comparatio *Adami* & *Christi*, quâ ostenditur, tum in quo pares sint, tum ubi impares. Pares quidem sunt in eo, quod ut per *Adamum* peccatum & mors in mundum venit: ita per *Christum* iustitia & vita æterna. Id quod hoc ipso loco *Paulus* innuit.

Duo igitur in hac comparatione nobis observanda sunt: nempe quarum rerum author sit cum *Adam*, tum *Christus*.

DE PRIORI.

Quarum rerum author est *Adam*?

Author est peccati & mortis: quorum utrumque in omnes homines propagatum est.

Obf. 1. Non negat, sed præsupponit *Paulus*, *diabolum* primum fuisse autorem peccati & mortis. *Gen. 3. Job 3.*

2. Nec inficiatur, *Evam* primam omnium matrem autricem esse peccati & mortis, post *diabolum*. *Gen. 3.*

Ad *Adamum* verò nunc respicit:

I. Ut ostendat, ipsum, ceu caput, non debuisse permittere, ut *Eva* communicaret cum serpente. II. Ut doceat, ipsum *Deum* non esse autorem miserie humanæ, sed homines ipsos.

3. Peccatū, quod in mundum venit, est lues illa originalis in posteros *Adami* propagata, in qua omnes concipimur & nascimur: *Psal. 51. v. 7.* Hoc peccatum originale lucet in eo potissimum, quod tota natura nostra, anima simul & corpus, vitata est; anima quidem per innatā ignorantiam mentis: *1 Cor. 2. 14.* & pravitate voluntatis seu affectuū. *Rom. 7. 19, 20.* Corpus autem officina est multorum peccatorum.

4. Peccati stipendiū consequens est mors. *Rom. 6. 23. Gen. 2. 17.*

Per mortem huc intelligitur mors

A cum *spiritualis*, quâ separati eramus per peccatū à *Deo*, ceu summo bono: tum *corporalis*, quæ est separatio animæ à corpore. Subintelliguntur etiam quævis adversa mortem antecedentia.

Confess. Nemo igitur percontetur, unde sibi eveniant res adversæ & denique mors ipsa. *Esa. 59. 1, 2.*

Porro ad duas quæstiones hoc loco responderet *Apostolus*:

I. Quinam sint illi, quibus *Adam* author mortis fuit?

Resp. Omnes homines. Nemini enim mors parcat. *Sir. 40. v. 1, 2, 3, 4.*

Nec obstat exemplū *Enochi*: *Gen. 5.* & *Elie* 2 *Reg. 2. 11.* morti enim ipsi quoque naturā obnoxii erant; postea verò per gratiam sine morte assumti sunt in cælum, ut constaret, pie morientib. paratā esse immortalitatem post hanc vitam. *Job. 19. v. 25, 26, 27.*

II. An æquum sit, posteros *Adami* morte perire propter peccatum *Adami*?

Resp. Omnes posteros *Adami* mori propter propriū quoque peccatum, utpote qui existentes in lumbis *Adami*, unā cum ipso peccarint. *Exod. 20. 5. Ezech. 18. v. 14, 17, 20.*

D Confess. Peccant igitur, qui hac in parte primos parentes cōvitiis perunt, haud considerantes, se quoque cum *Adamo*, in *Adamo* & post *Adamum* in propria persona peccatis suis meruisse talia, quæ patiuntur, nec non æternū perpeffuri essent, nisi intervenisset satisfactio *Christi* perfectissima. *Dan. 9. 6.*

DE POSTERIORI.

Quarum rerum econtrā author nobis est *Christus* secundus *Adam*?

1. *Iustitia* perfectissima, quâ & *Legem* pro nobis implevit, & poenas nobis debitas persolvit. *1 Joh. 2. 1, 2.* Hujus *iustitiæ* nobis imputatæ sit.

gnum est certissimum vera humili-
tas. *Luc. 18. v. 13, 14.*

2. *Vita aeterna*, quæ in hac vita in-
choatur per regenerationem no-
stram, perficiendam in futuro secu-
lo. *Joh. 11. v. 25, 26, 27.*

Confess. Quum igitur haud pa-
rum nobis de vita æterna certum
sit, æquo perferamus animo quævis
vitæ præsentis incommoda. *Rom. 8.*
v. 18. Mich. 7. v. 7, 8, 9.

~~~~~

### CONCIO X.

*Rom. 5. v. 13.*

23. Jul.  
1607.

**A**B Adamo usque ad Moysen  
seu Legem, per eum, jubente  
Deo, latam, peccatum originale in  
mundo fuisse, asserit hoc loco Pau-  
lus: quia scilicet peccatorum fuerit  
aliqua cognitio ex lege naturæ;  
quanquam ex Lege Mosaica, quæ  
est Legis naturæ *ἐκφρασις*, manife-  
stior sit peccatorum agnitio.

Tria autem cum fructu hic consi-  
derare possumus: 1. *Ubi fuerit peccatū.*

2. *Quandiu duravit.* 3. *Unde eveniat,*  
*ut peccati habeatur ratio, seu aliqua ejus*  
*sit agnitio.*

#### I. *Ubi erat peccatum?*

In mundo: Mundi vocabulum in-  
terdum significat totum adificium hu-  
jus universi, seu creaturas ipsas, qui-  
bus tota hæc machina constat: in-  
terdum solos electos: *Johan. 3. v. 16, 17.*  
Interdum solos reprobos & infideles:  
*Johan. 14. vers. 16, 17.* interdum si-  
gnificat totum genus humanum, pios  
scilicet simul & impios, ut hoc loco:  
peccatum enim est, fuit & erit in  
mundo, i.e. universis & singulis ho-  
minibus adhæret; excepto solo Chri-  
sto. *Joh. 8. 46. Pet. 2. v. 22.*

Cæterum est quidem peccatum  
in universo mundo seu singulis ho-  
minibus, sed diversimodè: aliter e-  
nim est in non renatis, aliter in renatis:

**A** in illis quidem peccatum regnat, in  
his verò non regnat.

*Peccatum regnans*, est, cui homo non  
repugnat per gratiam Spiritus San-  
cti, sed obedit peccato in cupiditati-  
bus corporis, ideòque facit eum ob-  
noxium morti æternæ, nisi resipi-  
scat, & veniam per Christum conse-  
quatur. *Rom. 6. 12, 13.*

**B** *Peccatum non regnans*, est, cui homo  
repugnat per gratiam Spiritus San-  
cti regenerantis, ideòque non facit  
eum obnoxium morti æternæ, quia  
resipiscit & veniam per Christum  
consequitur. *Rom. 5. 21. Rom. 6. 14. Psal.*  
*51. v. 12, 13.*

*Confess.* Interim tamen, cum in  
toto mundo à natura æqualiter sit  
& regnet peccatum ante conversio-  
nem, non est cur qui sibi regniti vi-  
dentur, cæteris insulcent: ex gratia  
enim sit, si peccatum nobis non im-  
peret. *Rom. 11. 20.* Nullum peccatum  
tam grave, in quod nos omnes, per-  
mittente Deo, incidere non posse-  
mus. *August.*

#### II. *Quandiu?*

*Usg.* ad Legem: i.e. usq; ad id tem-  
pus, quo Deus per Moysen decalogū  
dederat. Non interim negat, pecca-  
tum ad finem mundi duraturū, sed  
respicit duntaxat opinionem eorum, qui  
statuerant, ante Legem Moysi nul-  
lum fuisse peccatum. *Matth. 24. v. 12,*  
*37, 38. Luc. 18. 8.*

#### V s u s.

Conspicitur hinc longanimitas  
Dei, qui satis diu ferre potest homi-  
num peccata, expectans eorumdem  
resipiscentiā: 2 *Pet. 3. 9.* secus, quàm  
nos proximo diuturnas possemus  
condonare offensas. *Rom. 12. 19, 20, 21.*

#### III. *Unde verò agnoscitur pecca-* *tum, ejusq; ratio habetur?*

**E**x Lege tum naturali, tum Mosaica;  
at magis perspicue ex hac, quàm  
illà:



*Lex natura*, est notitia quædam generalis & congenita omnibus hominibus de discrimine honesti & turpis, boni ac mali: *Rom. 2. vers. 14, 15.* Ex hac Lege homines, ante Legem per Mosen laram, peccata sua sufficienter cognoscere potuerunt, item ex variis apparitionibus, promissionibus & comminationibus Dei: sed non ita perspicue, ut ex Lege Mosaica. Ideo hic dicit Paulus: *Ubi nulla Lex est &c.*

*Lex Mosaica*, est amplior declaratio Legis naturæ, h. e. talis doctrina, quæ præcipit, tum quales esse debeamus, tum quid nobis sit agendum, vel omittendum, requirens perfectam erga Deum obedientiam internam & externam, & hanc præstantibus vitam æternam promittens: ullâ verò ex parte eam violentibus comminans æternas poenas. *Roman. 7. vers. 7. 2 Sam. 12. vers. 7. &c. 13. 1 Job. 1. v. 8, 9, 10.*

*Consect.* Cum ex Lege sit agnitio peccati, meditanda igitur illa iugiter. *Psal. 1. 2.*

~~~~~

CONCIO XI.

Rom. 5. v. 14.

STATIM post lapsum Adami, Seriam ante Legem Moſis, peccatum originale in mundo fuiſſe, verſu præcedente monuit Paulus: nunc verò evincit & confirmat, etiam per & propter illud ipſum peccatum, mortem fuiſſe ante Moſen. Summa confirmationis hæc eſt:

Si etiam infantes, antequam actu ipſo peccaſſent ut Adam, morti obnoxii fuerunt ante Moſen; tum ſequitur mortis eorum cauſam fuiſſe peccatum originale ab Adamo propagatum. At prius eſt verum. Ergo & poſterius.

Assumptionem potiffimum Apoſtolus perſequitur: ubi hæc quatuor

A obſervanda: 1. *Quando mors exſiſtere cæperit:* 2. *Quandiu dureret:* 3. *Qualis ſit poteſtas mortis:* 4. *Quinam mortis ſint obnoxii.*

I. *Quando mors cæpit exſiſtere?*

Inde ab Adami lapſu: nam antequam Adam peccaret, nō erat mors: ipſe enim juſtus ac ſine peccato creatus erat. *Genef. 1. vers. 26, 27. Gen. 3. B vers. 19.*

Quod de initio mortis certo, in genere dicitur, idem de morte ſingulorum hominū intelligendū, eos nimirum certo & præſinito tempore mori: *Job. 14. 5. Matth. 10. 29, 30, 31. Heb. 9. vers. 27.*

II. *Quandiu durat mors?*

Ab Adamo uſque ad Moſen, & à Moſe uſque ad finem mundi. Non enim excluſivè accipiendum eſt, quod Apoſtolus dicit, *uſq; ad Moſen fuiſſe ipſam mortem*: hoc namque tradit propter eos, qui negabant, propter peccatū originale, quenquam mortuum eſſe ante Moſen.

Cæterum mora temporalis omninò abolebitur, cum Chriſtus advenerit; ſed alio arque alio eventu: Si enim *reprobos ſpectes*, illi quidem in extremo die reſuſcitati non ampliùs morientur morte *temporalis*, attamen morientur morte *æternâ*, h. e. ſeparati à Deo in æterno ignis ſupplicio permanebunt: Si verò *fideles conſideres*, ii abolitâ morte, æternū glorioſè vivent. *Apoc. 21. v. 8. Apoc. 20. v. 6. 1 Cor. 15. 26.*

Obſ. Caro interdum putat, nimis diù durare mortalitatem & miſeriam hujus vitæ; Spiritus verò patienter exſpectat finem. *Pſal. 13. 1, 2. Hab. 1. 2. & 2. 3. Job. 19. 25.*

III. *Qualis & quanta eſt poſteſti mortis?*

Maxima: eſt enim inſtar tyranni, cogentis quosvis ſine diſcrimine

ad moriendum: idcoque Paulus dicit, eam regnare seu imperare. *Hebr. 9. v. 17.* Ita tamen mors regnat instar severi tyranni, ut tamen neminem injuriā afficiat: si enim vel unicuique daretur perfectē justus, ei mors parceret. *Rom. 3. 23.*

Object. 1. *Christus justus erat & tamen mortuus est.*

R. Sed sponte pro nobis. *Gal. 2. 20. Joh. 10. 17, 8.*

Object. 2. Si mors ipsa regnat: cur mortuū imperium tribuitur diabolo: *Heb. 2. 14.* & hominibus infestus? *Matth. 10. ver. 28.*

Resp. 1. Morti tribuitur regnum non simpliciter, sed per propositum, hoc quidem sensu, quatenus nos illi non possumus resistere.

2. Diabolo & infestis hominibus non tribuitur imperium mortis, ut plenam potestatem habentibus, sed quatenus Deus illis interdum permittit, iusto iudicio, ut morte afficiant alios. Porro diabolus etiam hoc sensu mortis imperiū habuisse dicitur, quatenus homines in peccatum lapsos ceu filios mortis accusare potuit. Interea summum vitę & mortis imperium penes Deum est. *Matth. 10. 28.*

Cæterum dum consideramus regnum mortis, solatio nobis sit illud *Rom. 14. 9. 1 Cor. 15. v. 25, 26, 54. &c.*

IV. Quinam sunt mortui obnoxii?

Non tantum senes & adulti, sed etiam infantes, qui non peccarunt ad similitudinem transgressionis Adami: qui est typus ejus, qui futurus erat.

Observanda hic descriptio tum infantum, tum Adami.

Infantes 1. dicuntur non peccasse ad similitudinem transgressionis Adami: i.e. non quidem actu peccarunt ut Adam; interim tamen non carent lue illā originali, quæ omnes per-

vasit, infecit & mortalitati subjecit.

Didac. 1. Discimus hinc, peccata non prorsus æqualia, sed dissimilia esse, ut est peccatum originale & ipsa transgressio Adami, nec non multa peccata actualia; interim nemo alteri qui plus peccavit, insultare debet. *Luc. 18. v. 9. &c. 14. Rom. 11. v. 19, 20, 21.*

2. Mors tamen in eos regnare dicitur, i.e. illis non parcere.

Unde jam colligit Apostolus, mortem in mundo propter peccatum originale regnare.

Consect. 1. Peccant igitur, qui putant, liberos suos injuriā affici à Deo, si moriantur. Cogitent parentes isti, suos quoque infantes conceptos & natos esse in peccato originali, cui meritò mors deberetur.

2. Corruit distinctio peccati venialis & mortalis.

Cæterum de fidelium parentum infantibus, absque Baptismo decedentibus, rectè sentiendum & benè sperandum: quòd nimirum sint in fœdere gratiæ divinæ: quòd ad ipsos quoque pertineat promissio remissionis peccatorum per sanguinem Christi: quòd pertineant ad Ecclesiam Dei: quòd liberentur à multis peccatis & malis futuris, quibus obnoxia est hæc vita: quòd statim post mortem fruantur gaudio cœlesti: quòd denique in extremo die corpora ipsorum excitata, cum animabus unienda sint, ipsique parentibus suis restituendi in vitam æternam. *1 Cor. 7. 14. Gen. 17. 7. Act. 2. v. 39. Marc. 10. vers. 13, 14, 15, 16. 2 Samuel. 2. vers. 23.*

Quæst. Cur verò hodiè parentibus non suscitantur liberi mortui, ut fecit Christus sapientissime? *Joh. 4. v. 49, 50, 51. Luc. 7.*

Matth. 9.

R. 1. Non opus est, ut illud hodiè quoque

quoque fiat: quia Christus illis ipsis miraculis doctrinam suam satis superque confirmavit, adeo ut miraculis facile nunc carere possimus.

2. Non est hoc pacto tentandus Deus; sed acquiescendum in ejus beneplacito. *Luc. 11. 16. 2 Cor. 12. v. 9. Job. 1. v. 21.*

Tantum de *infantibus*: sequitur descriptio *Adami*. Is appellatur *typus ejus, qui futurus erat*, i.e. Christi, qui quidem erat ante Adamum ut *Deus*, sed tamen *futurus*, tempore *Adami*, ut *homo*: *Joh. 8. v. 58.* Et hoc tempore *futurus* est Christus, ut *judex mundi*. *Apoc. 1. 8. & 22. 20.*

Cæterum Paulus *Christi typum* vocat Adamum, ut sic concludat primam comparationem inter Adamum & Christum. In eo enim similes sunt *Adam & Christus*, quod uterque suos habet, & quod uterque quod suum habebat, id suis quoque communicavit. H. E. Sicut per Adamum peccatum & mors in mundum introiit, ita per Christum rediit justitia & vita. Christus interim verè est *typus* & *forma illa exemplaris*, cui nos cõformes fieri oportet, præsertim in vita & afflictionibus, nec non æternâ gloriâ. *Rom. 8. 29. 1 Pet. 2. v. 21, 22, 23.*

~~~~~

## CONCIO XII.

*Rom. 5. v. 3, 4, 5.*

QUAM verum sit Pauli dictum, *2 Tim. 3. 12, 13.* experiuntur omnes pii; Si verò isti scire desiderant, quomodo sese gerere debeant in afflictionibus, bini contrarii sese offerunt consiliiarii, *Caro & Spiritus*. *Caro* suadet homini nimiam tristitiam, & querelas continuas: *Matth. 26. 4. Psal. 13. 1, 2.* *Spiritus* verò author est homini, ut gloriatur in calami-

A tibus, nec animum despondeat, juxta illud *Matth. 5. v. 12.*

Hujus gloriationis exemplum occurrit in præsentitextu Apostoli, dicentis: *Wir rühmen uns auch der trübsalen/et. quæ verba, ad piam cõmonefactionem & consolationem fidelium, nunc explicare* *Æ. 3. fert animus*: siquidem nemo hominum est, qui suâ careat afflictione, ut etiâ nemo est, qui non peccarit: pauci verò, qui in adversis rectè gloriantur.

Ut autem ordinè & perspicuè verba Apostoli explicentur, duo in illis observabimus: primò *propositionem*, deinde ejusdem *confirmationem*.

### DE PROPOSITIONE.

*Propositio* est: *Nicht allein aber das/sonder wir rühmen uns auch der drangsalen.*

1. Dicit, *nicht allein aber das/sonder auch*: ut quod priùs dixerat, amplificet. Monuit in præcedentibus, *nos gloriari sub spe gloria Dei*, seu hæreditatis cœlestis, quæ nos manet: de qua etiam *Rom. 8. 18.*

Quia igitur jam aliquis objicere potuisset: *Possumus quidem gloriari, si cogitemus de illa gloria vitæ æternæ; annon autem meritò tristes essemus, quoties cogitamus de variis nostris oppressiõnibus?* Responder Apostolus hoc loco: Imò non solum sub spe illius gloriæ, sed etiam in nostris oppressiõnibus gloriamur.

2. Per *oppressiões* intelligit varias afflictiones & calamitates piorum, ut est paupertas, morbus, persecutio, convitia impiorum & similia: quæ sic vocantur, quia per ea premimur, sed non prorsus opprimimur. *2 Cor. 4. 8, 9.*

3. De his ipsis oppressiõnibus dicit, quod in illis gloriemur, seu gloriandi & gaudendi ansam ha-



beamus. Id verò non intelligunt, A multò minùs faciunt filii hujus seculi, gloriantes duntaxat in bonis temporalibus. Hier. 9. 23, 24.

DE CONFIRMATIONE.

Confirmatio propositionis jam declaratae, hæc est:

Die weil wir wissen / daß drangsals gedult wircket: die gedult aber erfahrung: die erfahrung aber hoffnung: die hoffnung aber lasset nit zu schanden werden: denn die liebe Gottes ist ausgegossen in vnseren hertzen durch den heiligen Geist / welcher vns gegeben ist.

Sententia hujus confirmatio- nis est:

Quod utilissimum est nobis, in eo maxime gloriandum nobis: id quod etiam ratio humana, nec dum regenerita, facile concedit.

Atqui oppressiones nobis sunt utilis- simae: Rom. 8. v. 28. quod cum rationi hominis absurdum videatur, probat illud Apostolus, ex bonis scilicet oppressio- num fructibus, quorum tres recēset: patientiā, experiētiā & spem.

I. Patientiam quod attinet, non per se illam efficit oppressio, imò potius impatientiam; sed à Deo ita præparantur afflictiones, ut homi- ni serviant ad patientiam.

Est autem patientia Christiana ni- hil aliud, quàm obedire Deo in ad- versis, quæ ipse ferri mandat, nec frangi dolore, ut contra aliquod mandatum Dei faciamus: lenire dolorem agnitione voluntatis Dei: spem retinere liberationis aut mi- tigationis dolorum secundum con- silium Dei: ac fide prælucente pe- tere à Deo, secundum ipsius volun- tatem, liberationem vel mitigatio- nem. Exempla sunt: 2 Sam. 16. v. 10. Matth. 8. 2. Esai. 53. 7. 1 Pet. 2. 21. Qui ve- rò hujus virtutis capaces sint, patet ex cap. 8. Luc. v. 15. & Matth. 7. 24. &c.

II. Fructus oppressionum est Ex- perientia, quæ immediatè ex patien- tia provenit.

Hæc experientia est, quæ tum pro- priam indignitatem & infirmita- tem agnoscimus, tum etiam gratio- sam præsentiam & potentiam Dei in ærumnis experimur. 2 Cor. 12. vers. 9, 10.

III. Est Spes, quæ nihil est aliud, B quàm facultas à Spiritu S. afflata, quæ certo & æquo animo exspecta- mus, donec salus inchoata per Christum, & per fidem percepta, in nobis aliquando perficiatur, non ex nostris meritis, sed ex Dei miseri- cordia. Psal. 37. 5. Psal. 130. 7.

Porrò hunc tertium fructum op- pressio- num, spem sc. describit Apo- stolus, quum ait; eam non pudefacere: C h. e. eum qui rectè sperat, tandem om- nia consecuturum, quæ in & à Deo sperabat; ut maxime interdum Do- minus tardare videatur. Heb. 2. v. 3.

Annectit argumentum, à sensu charitatis divinæ petum. Roman. 5. vers. 8.

CONCLUSIO.

Audivimus itaque, quàm utiles nobis sint oppressiones, quinam earum fructus quos pariunt, nempe D patientia, experientia, & spes quæ non pudefacit, quum charitas Dei effusa sit in cordibus nostris, per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.

Exinde verò nunc cum Apostolo colligimus, occasionem in oppres- sionibus piè gloriandi nequaquam nobis deesse. Ut igitur in secundis elatio animi & securitas carnalis nobis fugienda: Prov. 16. v. 8. sic in ad- versis piè gloriari, præsentique ani- E mo esse debemus, nihili facientes malitiosam impiorum de no- stris ærumnis innoxiam.

Nov. Matth. 7. vers.

7, 8, 9.

CON-



25. Ian.  
1609.

## CONCIO XIII.

Rom. 5. v. 12.

**C**OMPARATIONEM instituit  
Apostolus inter Adamum &  
Christum.

Eamque geminam: 1. Enim di-  
cit, Adamum & Christum in eo si-  
miles esse, quod quemadmodum per  
Adamum peccatum & mors in mun-  
dum venerit: ita per Christum iusti-  
tia & vita.

2. Sicut in Adamo omnes pecca-  
to contaminati fuimus: ita in  
Christo ab eodem purgati sumus.

Utriusque sensum primò, deinde  
usum, perpendemus.

DE PRIORI  
comparatione.

Prior comparatio duabus constat  
partibus: quarum una est de autho-  
re miserie nostrae, altera de autho-  
re felicitatis ac redintegrationis  
nostrae.

I. Quis igitur author fuit mise-  
ria humana?

Adam, quem Apostolus vocat  
unum hominem.

Cur Apostolus dicit, per hominem  
peccatum in mundum introisse, cum ex  
cap. 3. Gen. pateat, illud per diabolum  
in mundum venisse?

R. Ista non pugnant, quia Satan  
est principalis causa peccati; homo,  
qui se passus est seduci, proxima.

Cur unus homo author peccati sta-  
ruitur, cum fuerint duo, Adam & Eva?  
Nò excluditur mulier. Viri sic men-  
tio, ceu capitis.

Cur Adam potissimum statuitur au-  
thor peccati; cum constet, Evam primò  
peccasse? 1 Tim. 2. 14.

R. Quia Adam debebat praeve-  
nire, & praeavere, ne Eva cum  
serpente loqueretur: debebat etiam  
objurgare Evae lapsum, nec in il-  
lius gratiam quoque peccare.

**A** Confess. Deus igitur non fuit au-  
thor peccati. Sed nec praelcientia,  
nec permissio DE I causa fuit lapsus  
Adami; multò minùs eum impulit  
decretum Dei ad peccandum, quia  
voluntate liberà, nec coactus, pec-  
cavit, quàmvis à diabolo incitatus  
& deceptus.

II. Cujus miseria nobis author  
fuit Adam iste?

**B** 1. Peccati. Die sindt ist in die welt  
(das ist / auff das menschliche ge-  
schlecht) kommen: nemlich durch die  
geburt: wie Moses außdrucklich sagt/  
Adam habe seinen sohn/den Seth ge-  
zeuget nach seinem bild/ Gen. 5. 3. da-  
her die erbsünd ihren namen bekom-  
men: weil sie von Adam auff seine kin-  
der nach vnd nach geerbet ist/vñ noch  
täglich erbet. Propagatione igitur  
carnali, nec solà imitatione vel cō-  
suetudine, peccatū in nos derivatur.

**C** Sed quo jure propagat in nos Adam  
peccatum? Eo, quod non tanquā sin-  
gularis persona, sed ut communis  
radix & stirps generis humani sta-  
tum felicitatis accepit non tantum  
sibi, sed etiam nobis, & quidem eā  
conditione, ut si illum perdat, non  
tantū sibi, sed & nobis perderet, seq;  
una nobiscū in mortem tum anima,  
i.e. peccatum, tum corporis præcipi-  
taret. Id quod etiam factum est.

**D** 2. Mortis. Vnd durch die sindt der  
tod/vnd ist also der tod auff alle men-  
schen kommen.

Tod. I nemlich der zeitlich vnd ewig.

Alle: J Beide jung vnd alt. Rom. 5. 14.  
De omnibus hominibus ex Ada-  
mo ortis, excepto Christo, loquitur  
**E** Apost. quos antea vocabat mundum,  
i.e. totum humanum genus.

Nec repugnat exemplū Enochi:  
Gen. 5. 24. & Elię: 2 Reg. 2. 11. quia horū  
immortalitas non est opus naturæ,  
sed singularis gratie Dei, in testimo-  
niū resurrectionis & vitæ æternæ.

III. Quis



III. *Quis verò author est felicitatis nostræ?*

Christus Jesus, Filius Dei & hominis, secundus & cœlestis Adam. Isque unus & solus. 1 Tim. 2.5.

IV. *Cujus felicitatis author nobis est?*

I. *Justitiæ.*

Quæstio: *Quid opus est Christi justitiæ, an non satis est, eum pro nobis, quoad pœnæ persolutionem, satisfecisse?*

R. Sicut homines obstricti sunt ex creationis jure, ut non modò nò violent legem, sed etiam impleant: sic quum neutrum præstemus, duplex remedium in Christo adipiscamur oportet, nempe & satisfactionem pœnæ pro peccatis commissis, & justitiæ, i.e. plenam ac perfectâ obedientiam, qualem ab homine Deus meritò requirit. Tribuitur quidem sæpè sanguini & morti Christi justificatio, sed non exclusâ activâ obedientiâ, seu justitiâ Christi. Illud autem fit ideo, quia in morte Christi maximè lucet complementum obedientiæ perfectissimæ.

Cæterum hæc justitiâ nobis imputata, soli Christo inhæret.

Object. 1. *An non Apostolus docet, hanc justitiâ nobis inhære, quemadmodum & peccatum nobis inhæret?*

R. Non cõparat Apostolus modum inhætionis peccati & justitiæ; sed duntaxat authores utriusque.

2. *Cur igitur toties admonemur, ut justitiâ & sanctitatem exerceamus?*

R. Hanc justitiâ non habemus per justificationem coram Deo, sed per gratiam regenerationis: ideoque illa ab hac distinguenda est. apoc. 22. v. 11.

II. *Vitæ.* Ut Adami peccatum omnes & singulos morti addixit: ita justitiâ Christi credentes vivificat. i.e. Justitiâ Christi est causa vitæ, tum spiritualis, quam hic inchoamus, tum

A *aternæ, cujus odorem suavisimum sentimus. Hab. 2. 4. 1 Cor. 15. 21, 22.*

#### DE POSTERIORI comparatione.

Posterior cõparatio, quâ Apostolus Adamum Christo similem esse docet, his verbis continetur: *In quo omnes peccaverunt. Sententia est: Quemadmodum in Adamo omnes peccato infecti sumus, ita per Christum ab eodem mundamur. 1 Joh. 1. vers. 7.*

Frage: *Wie haben alle menschen gesündigt in Adam?*

Antwort: *Sie haben alle gesündigt in seinen lenden/in welchen sie verschlossen lagen: gleich wie Levi den zehenden gegeben hat in Abrahams lenden. Heb. 7. v. 9, 10.*

C War nit auch Christus in Adams lende? Ja: er hat aber nicht in Adam gesündigt: denn anders war er in Adam/dann wir: nemlich nur nach dem menschlichen wesen/aber nicht nach der weis der geburt/weil er ohne leiblichen Vatter empfangen vnd geboren ist.

Cæterum his verbis respondere vult Apostolus ad objectionem, quæ ex c. 18. Ezech. v. 20. peti posset: *q. d. Nò simpliciter & tantum Adami peccatum luimus, sed etiam nostrum proprium, quia in Adamo peccavimus. Interim notandum, Deum sæpè punire liberos propter peccata parentum, dum nimirum iusto iudicio illis subducit gratiam Spiritus Sancti, ad puniendum delicta simul propria & parentum: ut exemplum Absolonis testatur.*

#### DE U S U.

Hæc sententia est genuina verborum prælectorum, quæ porro faciunt ad doctrinam, redargutionem, correctionem, institutionem & consolationem nostram.



## DOCTRINÆ.

Discimus 1. Omnes homines, qui naturali modo propagantur, concipi & nasci cum peccato originali. *Psal. 51. 7.*

2. Pater hinc, quid sit peccatum originale: nēpe non tantum innata *vitiositas* & pravitas totius naturæ nostræ, ab Adamo derivata in omnes posteros, generatione carnali & communi propagatos: sed etiā *inobedientia* seu defectio à Deo in lumbis Adami, dum in Adamo, tanquam radice totius generis humani, peccavimus & Legem transgressi sumus: unde rei facti sumus *mortis temporalis, spiritualis & aeternæ.*

3. Rectè hinc colligimus, peccatum originale à solo Christo sanari in nobis: idque quoad *reatum & vitium*; sed diversimodè: *Reatus* enim per imputationem justitiæ Christi abstergitur totus: *Rom. 8. v. 1. Vitium* verò non uno momento tollitur, sed successivè per inchoatam regenerationem Spiritus Sancti. *Rom. 7. vers. 23.*

4. Manifestum est ex hoc loco, quæ sit causa meritoria proxima mortis, nempe peccatum: ideòque naturæ humanæ, qualis antelapsum fuit, non adscribenda mortalitas, multò minùs fortunæ vel casui. Piis interim mors non est ampliùs pœna, per gratiam Christi, sed finis omnium malorum & initium æternæ vitæ. *Rom. 6. 23.*

## ELENCHI.

Errant igitur, qui putant, nullum esse peccatum originale.

Errant, qui putant, sibi licitum esse, ut de peccato originali pro arbitrio statuunt, & pro libitu illud definiant: quasi in sacra Scriptura illud definitum non esset.

Non minùs errant, qui docent, peccatum originale esse substan-

A tiam hominis, quum potius sit accidēs, quod justitiæ Christi ab Apostolo opponitur.

Porro manifestum est ex verbis Apostoli, non sufficienter describi peccatum originale ab iis, qui dicunt, esse carentiam tantum justitiæ originalis: quum præterea quod sit copia omnium malorum, quæ ab Adamo in nos derivantur.

B Convincit Apostolus & illos, qui putant, peccatum originale esse tantum reatum pœnæ pro peccato primi hominis, i. e. ordinationem & obligationem meram ad pœnam. His certè considerandum, quod Paulus docet, nos omnes in Adamo peccasse.

Redarguit eos quoque, qui vel unicum hominem alium, præter Christum, sine peccato originali conceptum & natum fingunt: quia Apostolus loquitur de omnibus, excepto Christo tantum. *Job. 3. 46.*

Item eos, qui docent, peccatum originale non inesse renatis, seu concupiscentiam manentem in baptizatis non esse verè & propriè peccatum: quia peccatum quod ab Adamo ad nos pervenit, non ita citò, quoad vitium, evanescit. *Rom. 7. 7.*

Item illos, qui fingunt, peccatum originale ejusmodi tantum pœnam mereri, quæ non sentiatur, præsertim ab infantibus: quia mors per peccati culpam nos invasit. *Rom. 5. 4.*

Nec non eos, qui nonnulla peccata (inprimis originale) venialia & suâ naturâ minimè mortalia esse statuunt: nullum enim peccatum suapte naturâ est veniale, sed tantum, quia ex Dei misericordia veniam consequitur. Hinc Paulus ait, mortem in mundum introisse per peccatum.



Præterea & illos, qui putant Adamum & omnes ejus posteros nihilominus morituros fuisse, etsi Adam non peccasset: quia nō nisi per peccatum mors venit.

Denique hinc refutantur, qui excogitarunt, peccatum Adami levissimum esse, externā sc. tantum apprehensionem & comestionem fructus vetiti: siquidem effectum illius est peccatū originale, tale tantumque malum! adeoque etiam mors ipsa, nō tantum temporalis, sed etiam æterna.

Adhæc; qui confidunt in bonis operibus suis: quia non ista, sed Christi justitiam, Apostolus peccato opponit.

## CORRECTIONES.

1. Peccant, qui solum Adamum, seu mortalitatis authorem, accusant: quum potius se-ipsos, quippe qui in & cum Adamo peccarunt, accusare deberent.

2. Reprehendendi sunt serid, qui putant, licere sibi cōtinuare peccata ob superabundantem gratiam Christi. Rom. 5. 20, 21. & 6. v. 1.

## P. A. D. I. E.

Monemur hoc loco, 1. Ut verā fide amplectamur beneficia secūdi Adami seu Christi, summamque animi gratitudinem, quoad vitæ novitatem, erga eum declaremus. Psal. 103. v. 1, 2, 3.

2. Ut nos humiliemus, nec quisquam meliorem se per se esse putet aliis, quāvis publicè peccātib; quia in Adamo omnes sumus peccatores æquales. Rom. 3. 23. Luc. 18. v. 11, 12, 13.

## CONSOLATIONES.

Consolationem denique hinc percipimus:

1. Adversus conscientiam peccatorum. 1. Joh. 1. v. 1. & 2.

2. Adversus mortem, quæ, quum

vis illi adempta sit (nempe reatus peccati) per justitiam Christi; piis amplius nocere non potest. 1. Cor. 15. v. 54. & 6.

## CONCIO XIV.

Rom. 8. v. 26.

27. Nov.  
1607.

**H**oc illustri loco duo confideranda nobis proponuntur, quorum prius est *propositio*, seu thema cōsolatorium, de auxilio & gratiosa præsencia Spiritus Sancti: alterum est *confirmatio propositionis*.

Quod igitur primam partem, de qua sola nunc agemus, concernit: comprehenditur ea his verbis:

Der Selbstigen gleichen hilff uns auch der Geiſt unsere schwachheit tragen.

In quibus duo utiliter perpendi possunt, *primò* quisnam per hunc Spiritum intelligatur; *deinde*, qualis quāque salutaris, operatio & effectus eidem tribuatur.

## DE PRIORI.

Nomen *Spiritus* accipitur de anima humana, propter essentiam ejus spiritualem: 1. Theſ. 5. v. 22, 23. Et adhuc magis propriè de Angelis. Heb. 1. 14. Propriissimè verò de Deo dicitur,

quod sit *Spiritus*, qui est omnium purissimus, æternus & increatus Spiritus. Rursum de Deo sumitur nomen *Spiritus*, vel *communiter*, h. e. de essentia divina, adeoque etiam de omnibus tribus personis Deitatis: Joh. 4. 24. vel de tertia persona Deitatis *singulariter*, ut hoc loco: Apostolus enim per *Spiritum* intelligit tertiam personam Deitatis, quæ à Patre &

Filio ab æterno procedit. Idem aliàs appellatur *Spiritus Sanctus*, *Spiritus Dei*, *Spiritus veritatis*, item *Paracletus*. Joh. 16.

Ad. Hæc utile est observare, 1. Ut discriminē cōstituatur inter Spiritus creatos & Spiritum increatū: 2. Ut perso-



personæ Deitatis rectè distinguantur: 3. Ut sciamus, à quonam ducamur seu gubernemur, bono'ne an malo Spiritu. *1 Joh. 4. 1.*

## DE POSTERIORI.

Quod nunc operationem Spiritui S. attributam hoc loco attinet, dicit Apostolus, cum unà sublevare infirmitates nostras, h.e. Spiritu S. nobis, varias infirmitates circumferentibus, ac velut onera gravissima portantibus, succurrere, nosque egregiè juvare, ne oneri ferendo succumbamus.

Ubi duo potissimum observ. 1. Quasnam juvet Spiritus S. 2. Quà ratione juvet.

I. Quasnam juvat? Nos fideles solos, qui sumus templa Spiritus S. *1 Cor. 6. 19. Eph. 4. 30. Matth. 12. 31, 32.*

Object. Atqui etiam reprobi participes sunt Spiritus S. *Heb. 6. v. 4, 5, & 6.*

R. Participem fieri Spiritus S. significat hoc loco adipisci doctrinæ Evangelii lucem seu intelligentiā, & aliquam inde lætitiā percipere, quam cōmunicat Spiritus S. (operatione generali) etiam reprobis interdum; at non tam efficaciter, ut electis: etsi enim reprobi voluntatem Dei ex Evangelio cognoscant, facere tamen non cupiunt, ut fideles. *Psal. 143. v. 10.*

II. Quà ratione juvat nos Spiritus Sanctus? Simul portando infirmitates nostras.

Ubi 1. Apostolus præsupponit, aliquas, imò multas & maximas nobis esse infirmitates. Nam præterquam quod in corpore infirmitates sentimus plurimas, ut David *Psal. 6. 3.* etiam animā infirmi sumus, si spectes fidē, charitatem & spem. *Marc. 9. v. 23, 24.*

2. His infirmitatibus nostris opponit, Sp. Sancti cōsiliū, operam & auxilium: is enim juvat nos, ut

A portare & sufferre possimus infirmitates nostras.

Obf. 1. Infirmitates nostræ sunt instar jugi alicujus & oneris gravissimi, quod nobis portandum est. *Matth. 11. 28, 29, 30.*

2. Ad illas ferendas promus equidem est Spiritus noster: *Matth. 26. v. 41.*

B Cum autem per carnis infirmitatē, oneri facile succumbat, accedit auxilium Spiritus Christi. *Heb. 4. 15. Esa. 46. 4.*

3. Ita verò Spiritus S. infirmitates nostras sublevar, non ut eas foveat, sed ut eas emendet, fortesque nos efficiat. *Esa. 40. 29, 30, 31.*

Hæc omnia faciunt tum ad doctrinam, tum ad consolationem nostram.

C Hinc enim discimus discernere auxilium divinum ab humano: Deus & potest & vult nos juvare opportuno tempore; Hominibus autem vel alterutrum, vel utrumque, deest. *Psal. 108. 13, 14. Psal. 51. 14.* Sed & consolationem inde percipimus adversus varias infirmitates nostras. *2 Cor. 12. 9.*

## CONCIO XV.

*Rom. 8. v. 26.*

28. Nov.  
1607.

D APOSTOLUS Paulus priore parte versus istius docuit, Spiritu S. unā sublevare infirmitates nostras; jam in altera utrumque demonstrat, primò infirmos nos esse, quò nos humiliemus: deinde infirmari nostræ succurrere Spiritu S. ut in infirmitatib. nostris erigamur, firmāq; consolationē percipiamus. Videamus igitur hanc utramque utilisissimam demonstrationem:

## DE PRIORI.

Qui nesciunt, quid & quomodo precari debeant, certè maximas in se sentiunt infirmitates.

Atqui nos omnes nescimus, tum quid precemur, tum ut precari oporteat.



*Quidnam igitur precari debemus?*

Id docuit Christus Oratione suâ; quâ ante omnia nobis ea petenda sunt, quæ ad Dei gloriam faciunt. *Matth. 6. 33.* Ea verò est carnis nostræ infirmitas, ut vel temporalia bona æternis præferamus, vel per imprudentiam etiam noxia petamus. *Matth. 20. v. 20, 21, 22.*

**II. Quomodo autem oportet vel decet precari?**

1. Orare debemus in nomine Christi, i.e. cum fiducia exauditionis propter meritum Christi: *Job. 16. 23. Jac. 1. 6, 7.*

2. Extoto corde & zelo pio. *Psal. 145. v. 18.*

3. Cum vera ac sincera animi humilitate, & conversione. *Esa. 1. v. 15. Luc. 18. 13.*

4. Corporalia à Deo petenda secundum voluntatem ipsius. *Matth. 8. vers. 2.*

Quum igitur neutrum istorum, nec quid, nec quomodo precandum sit, norimus, omnino inde multiplici ab Apostolo convincimur infirmitatibus.

DE POSTERIORI.

Qui pro nobis interpellat suspiriis inenarrabilibus, ille subleuat nostras infirmitates.

Atqui Spiritus S. pro nobis interpellat suspiriis inenarrabilibus.

Object. An non Christus Dominus est Mediator noster, pro nobis interpellans?

Utrumque verum est, & Christum pro nobis interpellare, & Spiritum Sanctum idem facere; ast diversimodè:

Nam I. Christus pro nobis interpellat, ut Mediator noster; dum non tantum verbis pro nobis intercedit apud Deum Patrem, sed etiam satis factione suâ efficit, ut Pater nos

A in gratiam recipiat & æternum servet. *1 Tim. 2. v. 5, 6.*

Hoc servit consolationi nostræ adversus peccatorum cōscientiam, & cōdemnationem æternam. *1 Joh. 2. 1, 2. Rom. 8. 34.*

B II. Spiritus S. verò pro nobis interpellat, ut Doctor & Præceptor noster, docens nos rectè, & suspiriis inenarrabilibus, i.e. magno zelo & extoto pectore, ad Deum clamare: ille enim suggerit, quid & quomodo precari debeamus. Ideò dicitur Spiritus gratia & precum: *Zach. 12. v. 10. Rom. 8. 15.* Exemplum est *Act. 7. 55. &c.*

C Cæterum suspiria ista, à Spiritu S. suggesta, ut aliena sunt à diffidentia in Deum, sic cum charitate erga proximum conjuncta sunt. *Rom. 8. v. 22, 23. Jac. 5. v. 9.*

Adhæc vocat Apostolus suspiria inenarrabilia: tum quia gravissima sunt, præsertim tempore calamitatum, cum aliàs remissiora esse soleant: tum quia tot eorum sunt, ut à nobis numerari non possint; à Deo interim numerata: nam quod de lacrymis dicitur *Psal. 56. vers. 9.* idem etiam de suspiriis piorum intelligendum.

D Inde nunc colligit Apostolus, Spiritum S. omnino sublevare infirmitates nostras: quippe qui pro nobis interpellat suspiriis inenarrabilibus, i.e. nos doceat, quid & quomodo orare debeamus.

Consect. 1. Nostræ igitur ipsorum incitiæ & infirmitati opponamus præsentiam, consilium & auxilium

E Spiritus Sancti. *Jesa. 11. v. 2.*

2. Quum videamus, nos consilio & auxilio Spiritus Sancti carere non posse, serio igitur & indefinenter illud imploremus. *Pf. 51. 12.*